

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De  
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,  
Commentariorum Libri LVIII**

**Valeriano, Pierio**

**[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678**

Mare.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14259**

A hoc est, neque ebore, neque argento, aut nitida ulla gemma umbilici præmuntantur, cujus facies atrata lucum pra se ferat Martialis xi.

*Explicitum nobis usque ad sua cornua librum.*

Sic apud eundem, uti superius dictum, quod & apud Horatium, umbilicus pro Fine ponitur: quia principium libri est, ubi à titulo incipit explicari: finis, ubi tota revoluta pagina perventum est ad umbilicum. Hujus ego generis volumina multa vidi, eaque vetustissima, alia ex membranis, alia ex Nilotica papyro, alia Græcis, alia Hebraicis, alia etiam Arabicis literis perscripta. Non præteribo papyracea illa monumenta, qua in arcis Alia thesauris Romæ asservantur, in quibus archetypa est Constantini Imperatoris donatio, papyraceum esse textum, glutine quadam delibutum, mox aut aprina fana, vel vitro exæquatum ac perpolitum, ut & scriptura patiens fuerit, neque ulla calatum asperitate offendit, miro quippe labore complanatum.

### CASTIMONIA ET CONCUPISCENTIA.

CAP. XXXIV.

**E**xcisus umbilicus apud Divinarum literarum Interpretes castimoniam significat, eo enim modo, quo præcium præputium Circumcisionis illius est signum, qua libidinem atq; nequitiam à corde refecare debemus, ita in foeminis umbilici amputatio castimoniam indicat; virtus enim ejus in umbilico est. Hinc de profanatis prostitutisq; Hierosolymis Ezechiel ita lamentatur, *In qua die nata es, non es excisus umbilicus tui, vulva igitur matris adhærescit*: hoc est, nihil quicquam ab originatione separatur, sed patriæ coalita est, & applicita mollitudini, ut minimè mox mirum sit eam, que omnia subsequuntur, turpia perpetrare. Nam quod ex Jobe dicebamus, *virtus ejus est in umbilico*, sub umbilico ventris legere videtur Eucherius ut per hoc feminæ significet genitalia, sicut in viro lumbos dicimus. Nam umbilicus dubio procul est concupiscentia signum.

### DE VENTRE. CAP. XL

**N**AM Venter quoque sua continet hieroglyphica, eaque ab umbilico, de quo nunc diebamus, non admodum aliena, quare nusquam de eo, quam post umbilicum, possumus commodius meminisse.

### PRINCIPIUM. CAP. XII.

**A**bsolutum perfectumque opus significat, ut diximus, umbilicus. Contra venter in sacris præcipue literis nunc principii, nunc originis indicium est cum scilicet quis vel à nativitate, vel ab eo quo sapere coepit tempore, factum inceptumve aliquid ostendere voluerit, ex utero, ventreve dicit. Ita Jobes: *Si non ex ventre matris meæ dux illis fui: de misericordia loquens, qua pauperes ab extatis initio prosequi cœpillet.*

### MARE. CAP. XLII.

**I**N Serapis descriptione figurave, de qua plenius alibi, *χαρὴ ἡ θάλασσα* legitur, venter quippe mare est: & uti superius notavimus, Hippocrates decubentem quempiam, qui mare conturbatum in foemini sibi sit videre visus, morbo eum ventris tentari conjicit, similitudine puto à mari sumpta: quod velutiflumina fontesq; omnes in se recipit, ita venter omnia consumat.

### INSATIABILITAS. CAP. XLIII.

**U**nde Poëta ventrem pro gætæ, & insatiabilitate variationeç parasitica ponunt, ut apud Horatium in Epistolis:

*Quicquid quæsierat ventri donabat avaro.*

Sed ibi apertius:

*Scilicet ut ventres lamna candente nepotum  
Diceret urendos.*

Ggg 2

Epime-